5. HIC DISTINGUIT[1], QUID SIT SALUTATIO[2].

Dicta est autem[3] salutatio salutis[4] adoptio[5]. Illum enim[6] salutamus, quem pure diligimus sanumque[7] desideramus vivere ac iocundum[a)]. Non enim salutamus inimicos aut[8] excommunicatos, sed cum[9] mittentium nomina describuntur, aut apponuntur[10] nomina simpliciter, talis descriptio[11] pro titulo reputatur[12], quia qui[13] scribit, cui[14] scribitur, liquido expeditur[15]. Si autem cum adiuncto[16] nomina[17] describuntur[18], illud quod adicitur, ubi[19] salutatio poneretur, indignationis aut suasionis locum[20] obtinet[21] potius quam salutis.

6. ITEM[1] DE SALUTATIONE ET[2] PLENIUS[3].

Et est notandum[4], quod salutatio largo modo accipitur, sive dicamus salutem, sive etiam[5] captemus benevolentiam, quia vice salutationis accipitur, quodcumque bonum alicui affectatur vel devotionis causa humiliter exhibetur[6]. Non enim magnos dominos salutamus, sed humiliantes capita nostra, eis reverentiam cum devotione offerimus et fide mentis desiderium explicamus. Salutare namque[7] sicut et benedicere de[8] auctoritate maiorum est, non de presumptione minorum[a)]; pares autem nostros[9] vel parum[10] maiores absque iniurie discrimine salutamus.

5.

[1] distinguitur W 2. (I.). — [2] Rubr. steht über Abschn. 4, durch Zeichen über 5 verwiesen M 1. (T.); Rubr. 6 eingetragen He. — [3] fehlt W 1., enim He. — [4] quasi salutis He. — [5] adeptio W 1., W 2., M 1., B. — [6] autem B. — [7] sanumque desideramus fehlt B. — [8] nec He. — [9] fehlt W 1., He. — [10] opponuntur verb. wie oben W 2. — [11] rescriptio M 1. — [12] reparatur Me. — [13] scribens cui scribit liquido He. — [14] et (v. Abschreiber erg.) cui W 1. — [15] experitur E. — [16] adiunctio verb. wie oben W 1. — [17] fehlt He. — [18] describitur He. — [19] nisi W 1., Me., M 1., E. — [20] aliquid locum He. — [21] obtineret B.

a) Vgl. G. Faba S. 297, 5., Johann v. Genua (unter salutatio). Als „salutis optio" definiert auch Sächs. Formelwerk, Q. E. S. 260, als „salutis adoptio largo sumpto vocabulo", vgl. Abschn. 6 oben, Ludolf v. Hildesheim, Q. E. S. 360, und Baumg. Formelb. S. 2.

6.

[1] fehlt W 2. (I.), E. (T.). — [2] fehlt W 2. (I.), B. (I.). — [3] Rubr. fehlt, Abschnitt durch verstärkte Initiale markiert He. — [4] sciendum M 1. — [5] fehlt He. — [6] exhibemus v. Abschreiber verb. wie oben W 2. — [7] autem He. — [8] fehlt W 1., Me., M 1., E. — [9] nostras B. — [10] paulo W 2., B.

a) Vgl. die Einschränkung dieser Regel bei G. Faba S. 299, 8 und danach wörtlich Baumg. Formelb. S. 4.